ſunt mulctandi. Etenim hi furantur eius, quem deceperint, hominis mentem. & veluti legumlator hæredes eos ſtatuit, qui genere proximi iis eſſent, qui ſine filiis interiſſent, eodem modo & huius pecuniarum, rerúmque liberti me nunc dominum fieri decet. Nam cùm iis, qui ipſum liberarint, hac luce orbatis, proximus ipſe ſim cognatione, iuſtus certè ſum, qui illius res omnes dominio teneam. Legitimo ergo ſimile adſumitur hoc modo. Cótrarium verò ſic: Si quidem lex prohibet publica priuatim diſtribuere, perſpicuum eſt, eos, qui illa diſtribuunt, iniuria omnes afficere à legumlatore iudicatos. Nam ſi eos leges ornari iubent, qui honeſtè rebus communibus, iuſtéque præfuiſſent, nequaquam obſcurum eſt, quin & publicarum rerum diſſipatores mulcta dignos exiſtiment. Ex contrariis igitur ita legitimum clarum fit. Ex iudicatis autem hoc modo: Neque ipſe ſolùm præſentem legem harum cauſa rerum à legumlatore poſitam dico, ſed etiam antea ipſi iudices, authore Lyſithida, æquè, atque nunc à me dicitur, ſententiam de hac re protulere. Legitimum igitur hoc modo tractantes, multipliciter demóſtrabimus. Vtile autem quale ſit, antea definiuimus. Aſſumendum eſt autem in dicendo, etiam ſi quid ex vtili inciderit: eodémque modo tractandum, quemadmodum in iuſto, legitimóque tradidimus: & ſic crebris in locis oſtendendum. Eſſet autem vtile ſimile huiuſmodi. Sicuti nanque in bello conducit, eos, qui plurima valent animi magnitudine, primos in acie ordinare, eodem modo in Rebuſpubl. permagnæ vtilitati eſt, prudentiſſimos multitudini, iuſtiſſimóſque præeſſe: & quemadmodũ hominibus in bona valetudine cauere ne in aduerſam incidant, vtile eſt, ita etiam pacatis vrbibus, concordiáq. vtentibus, códucibile, ſeſe ab omni ſeditione cuſtodiant. Similia ergo vtili hoc modo crebrò tractanda ſunt. Ex contrariis autem vtile ſic perſpicuum fit. Nam ſi conducit eos ciues, qui æqui, & boni ſunt, honoribus proſequi, ita punire improbos vtilitatis plurimum adfert, & ſi quidẽ inutile eſt, nos ſolos aduerſus Thebanos bellum gerere, vtile erit, vt Lacedęmonios ſocios nobis adſciſcamus, itaque aduerſum illos belligeremus. Ex cótrariis igitur ſic vtile clarum efficies. Vtile verò à claris viris iudicatũ hoc pacto adſumes.

A τιμωρεῖσθαι· καὶ γὰρ οὗτοι κλέπτουσι τὴν διάνοιαν. καὶ καθάπερ ὁ νομοθέτης κληρονόμους πεποίηκε τοὺς ἐγγυτάτω γένους ὄντας τοῖς ἄπαισιν ἀποθνήσκουσιν, οὕτω καὶ τῶν τοῦ ἀπελευθέρου χρημάτων, ἐμὲ νῦν προσήκει κύριον γενέσθαι· τῶν γὰρ ἀπελευθερωσάντων αὐτὸν τετελευτηκότων, ἐγγυτάτω γένους αὐτὸς ὤν, καὶ τὸν ἀπελευθέρον δίκαιος ἂν εἴην

B ἄρχειν. τὸ μὲν οὖν ὅμοιον τῷ νομίμῳ, τοῦτον τὸν τρόπον λαμβάνεται· τὸ δ᾽ ἐναντίον, ὧδε· εἰ γὰρ ὁ νόμος ἀπαγορεύει τὰ δημόσια διανέμεσθαι, δῆλον ὅτι τοὺς διαιρουμένους αὐτὰ πάντας ἀδικεῖν, ὁ νομοθέτης ἔκρινεν. εἰ γὰρ τιμᾶσθαι οἱ νόμοι προστάττουσι τοὺς καλῶς καὶ δικαίως τῶν κοινῶν ἐπιστήσαντας, δῆλον

C ὡς καὶ τοὺς τὰ δημόσια διαφθείροντας, τιμωρείας ἀξίους νομίζουσιν. ἐκ μὲν οὖν τῶν ἐναντίων, καταφανὲς οὕτω γίνεται τὸ νόμιμον, ἐκ δὲ τῶν κεκριμένων ὧδε· καὶ οὐ μόνον ἐγὼ τὸν νόμον τοῦτον ἕνεκα τούτων φημὶ τὸν νομοθέτην θεῖναι, ἀλλὰ καὶ πρότερον οἱ δικασταὶ δεξιόντος Λυσιθίδου, παραπλήσια τοῖς νῦν ὑπ᾽ ἐμοῦ λεγομένοις ἐψηφίσαντο

D ταῦτα περὶ τοῦ νόμου τούτου. τὸ μὲν οὖν νόμιμον οὕτω μετιόντες, πολλαχῶς δείξομεν. τὸ δὲ συμφέρον αὐτὸ μὲν οἷόν ἐστιν, ἐν τοῖς πρότερον ὥρισται. δεῖ δὲ λαμβάνειν εἰς τοὺς λόγους τῶν προειρημένων, καὶ ἐκ τοῦ συμφέροντος ἂν ὑπάρχῃ τι, καὶ μετιόντας τὸν αὐτὸν τρόπον, ὅνπερ ὑπὲρ τοῦ νομίμου καὶ τοῦ δικαίου διήλθομεν, οὕτω καὶ τὸ συμφέρον πολλαχῶς ἐμφανίζειν. εἴη δ᾽ ἂν τὸ μὲν ὅμοιον τῷ συμ-

E φέροντι τοιόνδε· ὥσπερ γὰρ ἐν τοῖς πολέμοις συμφέρει τοὺς εὐψυχοτάτους πρώτους τάττειν, οὕτως ἐν ταῖς πολιτείαις λυσιτελεῖ τοὺς φρονιμωτάτους καὶ δικαιοτάτους προεστάναι τοῦ πλήθους. καὶ καθάπερ τοῖς ἀνθρώποις ὑγιαίνουσι συμφέρει φυλάττεσθαι μὴ νοσήσωσιν, οὕτω καὶ ταῖς πόλεσιν ὁμονοούσαις συμφέρον ἐστὶ προσκοπεῖν μὴ στασιάσωσι. τὰ μὲν οὖν ὅμοια τῷ συμφέροντι, τοῦτον τὸν τρόπον

F μετιὼν, πολλὰ ποιήσεις. ἐκ δὲ τῶν ἐναντίων, ὧδέ σοι τὸ συμφέρον ἔσται καταφανές. εἰ γὰρ λυσιτελεῖ τοὺς ἐπιεικεῖς τῶν πολιτῶν τιμᾶν, συμφέρον ἂν εἴη καὶ τοὺς πονηροὺς κολάζειν. εἰ γὰρ οἴεσθε ἀσύμφορον τὸ μόνους ἡμᾶς πρὸς Θηβαίους πολεμεῖν, συμφέρον ἂν εἴη τὸ Λακεδαιμονίους συμμάχους ποιησαμένους ἡμᾶς, οὕτω Θηβαίοις πολεμεῖν. ἐκ μὲν δὴ τῶν ἐναντίων, οὕτω τὸ συμφέρον καταφανὲς ποιήσεις. τὸ δὲ κεκριμένον ὑπ᾽ ἐνδόξων συμφέρον, ὧδε χρὴ λαμ-